



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 90. Concilii Florentini Decretum ab utroque Maximi Successore  
receptum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](#)

in ejus locum subrogari jussit. Id ta- Sæcul. XV.  
A.C. 1482.  
men nonnisi Anno millesimo quadringen-  
tesimo nonagesimo factum legimus, Dio-  
nyso interea jussu Sultani ad Constan-  
tinopolitanam Sedem, quam Anno præ-  
cedenti dimiserat, redeunte.

### §. XC.

*Concilii Florentini Decretum ab  
utroque Maximi Successore  
receptum.*

Ex Russiæ annalibus discimus, tam Dio- Bzov. ad an.  
1489 num. 15  
nygium, quam Nyphonem Florenti-  
næ Synodi Decretum de unione condi-  
tum acceptasse : cum enim quidam  
Gregorius Zemialachus in Metropolitam  
Russiæ, ad preces Cardinalis Isidori  
Prædecessoris a Pio II. Pontifice suffectus  
effet, Moschovitæ aliunde ad schisma pro-  
clives, rejecto Gregorio, quemdam Jo-  
nam nomine elegerunt; hunc vero Dio-  
nysius Patriarcha eo tempore, quo Se-  
dem Constantinopolitanam primo tene-  
bat, expulit, præcepitque, ut omnes Gre-  
gorio, qui Synodo Florentinæ, atque u-  
triusque Ecclesiæ unioni favebat, omni-  
no morem gererent; cum autem Jose-  
phus Russiæ Episcopus Nyphonem in-  
terrogaret, quid sentiret de Florentino  
concilio, quod Russiæ ac Lithuaniae E-  
piscopi Romanæ Ecclesiæ doctrinis addi-

Sæcul. XV.  
A.C. 1482.

cti acceptandum esse contendebant, ipse  
respondit, *Scias eam Synodum legitime  
fuisse congregatam, & quis scit, si non illa  
divinæ iracundiae furor in nos deservit,  
quod sanctam unionem respuerimus, & i  
Latinos offendierimus? Amice ergo cum La  
tinis versare; nam & nostris Sacerdotibus  
in dominio Venetorum degentibus injunxi  
mus, ut una cum iisdem Latinis, servati  
tamen Ecclesiæ Orientalis rito, congrega  
tur, sed ritus patrios observa. Nam  
non prius Majores nostri in unionem Fe  
rentinam consenserunt, quam privilegia n  
stra fuissent confirmata.*

### §. XCI.

#### *Dissidia Bajazethem inter & Ziz mum continuata.*

*Chalcond.  
Hist. Turc.  
lib. 12.*

Hæc Græcorum dissidia parum cur  
bat Bajazethes Sultanus, aliunde  
sat agitatus Zizimi fratri sui conatibus  
hic enim eidem imperium eripere parti  
bat. Cum ergo inter utrumque bellum  
ferverent, Christiani Principes aliquantulum  
respirabant, atque optata pace  
fruebantur, Infidelibus nec Ecclesiæ di  
tiones occupare, nec continuato victoriarum  
cursu defuncti Imperatoris confilia  
perficere intentis. Interea Zizimus  
Conjuge liberisque suis Cairi relietis,  
que Sultani tutellæ concreditis, ipse Ma-

gno